

D. Michaël Haveman,

In Amulio sive Cynosurâ Studioforum,

Sect. 2. c. 9. pag. 411.

**Q**ui hanc disciplinam (Logicam) perscrutari  
gestiunt, eligant præ aliis Logicam genui-  
nam & solidam, istud est, Aristotelicam, quæ  
plenior est, accuratior, & ex nativâ bonæ ra-  
tiationis scaturigine salit instar limpidi  
fontis. Quamobrem ab omnibus Academicis  
Germanicis, Gallicis, Hispanicis, Italicis, & u-  
no verbo dicam, Europæis, habetur in deliciis.  
Cujus terminis etiam utuntur viri Excellen-  
tissimi, Theologi, Jurisconsulti, Medici & Phi-  
losophi, quorum scripta publica, tanquam Pal-  
ladium adservamus, tegimus, consulimus, ex  
quibus quotidie proficimus, à quibus temerè  
abire, nihil aliud est, quàm relictâ viâ regiâ,  
ad nescio quæ diverticula, & flexuosas semitas  
declinare, & sic periculosè deviare, contra o-  
mnes illos autem velle sapere, quid quæso aliud  
est, quàm suaviter desipere, &c. Confer. Jo-  
hann. de Lauroy de variâ Aristotelis fortunâ  
& Exercitationes Paradoxicas adversus Ari-  
stoteleos Petri Gassendi Hagæ Comitum Anno  
1656. impressas, &c.

Deo meo decus sit atq; gloria!